UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphaliae, 1608

Thesis Sexta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

Visual Library

cœlo non perforato, tam non potuit præſtare Deus Caluino; Infra in ſequentibus articulis. *quàm condere non poteſt hominem, qui ſit animal rationis expers.*

THESIS SEXTA.

Sed nihil hoc admirandum: ſiquidem Caluinianus Deus non abſolutam ſed dependentem ordinariamq; tantũ habet potentiam; idq; ſolum poteſt, quod reipſa vult facere & facit: id autem facere nõ poteſt, quod non decreuit facere In Cat. breui ad artic. 1. hinc illud, 3. Inſt. cap. 23. § 2. Neque commentum ingerimus abſolutę potentię, quod ſicuti prophanum eſt; ita merito deteſtabile nobis eſſe debet. *Reſpexit hoc Beza* contra Heshuſium. *illud Gabrielis Angeli ad Chriſti Matrem oraculum Luc. 1. Non eſt impoßibile apud Deum omne verbum:* nec credẽdum nec vniuerſaliter recipiendum conſtanter propugnans. *Idem poſt Caluinum & Bezam proteſtati ſunt Pariſiis in Colloquio Spina & Sureus* (Feuardentius lib. 1. Theomachię) *Camelum ſiue funem nauticum per foramen acus tranſire poſſe pernegantes, ipſamq; veritatem mentitam fuiſſe volentes, cum ait: Matth. 19. apud homines hoc eſt impoßibile, apud Deum autem omnia poßibilia ſunt.*

THESIS SEPTIMA.

Quaſi verò illi ſit difficile panem in corpus; vinum in ſanguinem Chriſti Domini commutare; cui facillimum fuit, mulierem viuentem in ſalis ſtatuam; Gen.